

quid causa est, quod eruditissimis illorum libris
tanquam reliquijs sanctis, & quidem non multis sed
disertissimis, & accuratissime a uiuentibus scri-
ptis, nobisque illorum loco ac uice, nunc quasi
colloquentibus, honorem atque auctoritatem eandem
non defenimus? O infelices nos, ac uere miseros
imo scelerate erga ipsos & erga Deum ingra-
tos, si non agnoscerimus, quanta illi uiri Ecclesiae
luminaria fuerint, quantaque toti agmini Ele-
gorum beneficia per organa illa sancta ac beata
DEVS tribuerit, O caecos denique eos omnes ac
singulos, qui spreto his luminibus diuinitus
attensis, alias seu faces seu lichnos caliginosos se-
quendos sibi existimant.

Atque haec uel praecipua causa est Princeps Indylite
& Illustissime, propter quam & ex parte publice
hunc libellum Philippicum, & aduocatum ueteris
eius opusculis, Celsitudini uesrae Indylite
commendatissimum esse cupio:

Nam de plerisque & quidem summis horum tempo-
rum rixis ac contouersijs, tam habet, tamque monet
multa utiliter, ut plane mihi persuadere possit